Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

euacuato uulneris restitutio sanitatis. An.
Nos autem gloriari oportet in cruce domini nostri ihesu
christi An. Tuam crucem adoramus domine tuam gloriosam
recolimus passionem miserere nobis qui passus es
pro nobis Ad horas diurnas laud. Ad iij. Cap.
Xpistus in similitudinem hominum factus et habi-
tu inuentus ut homo humiliauit semetipsum.
factus obediens usque ad mortem. mortem
autem crucis. R. Adoramus te christe et benedici-
mus tibi. V. Quia per crucem tuam redemisti mundum.
V. Omnis terra ad. Oratio. Deus qui ho-
dierna die nos exaltationis sancte Crucis
annua sollempnitate letificas concede
propitius ut cuius mysterium in terra cogno-
uimus eius redemptionis premia in celo con-
sequi mereamur. Per. Ad vj. Capitulum.
Xpistus pertulit peccata nostra super lignum ut
peccatis mortui iusticie viuamus cuius liuo-
re sanati sumus. R. Omnis terra adoret te
deus et psallat tibi V. Psalmum dicat nomini tuo
domine V. Michi autem absit. Ad ix. Capitulum.